

PRAELECTIONES ACADEMICAS

HIBERNAS

RECTOR

D. IOAN. CHRISTOPH.
KOCHE

IVRISCONSULTVS

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT


EASQVE SEDVLITATI

CIVIVM ACADEMIAE
TAM GENERE QVAM, VIRTUTE NOBILISSIMORVM
RITE COMMENDAT

P. P. X. SEPTEMBR. CIO IOCC LXVIII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GISSAE,
EX OFFICINA BRAVNIANA.



In Facultate Theologica.

D. IO. HERM. BENNER

Publicis-praelectionibus dicavit. 1) theologiam suam moralem,
cui typographus manum iam admouit, festinaturus ut spe-
ro, ne diligentiam nostram eius tarditas frustetur. 2) *Dispu-*
tationes vel publicas, vel priuatas, singulis hebdomadibus ad-
det, ut habeant nostri, in quo industriam quisque suam & exer-
ceat, & specuinibus datis, ostendat. Priuatim, clapsa cum
aestate finiit protheoriam totius theologiae, & doctrinae sanctioris
partem primam absoluit; secundam & tertiam per menses hibernos
expediturus, quippe ultra limites singulas theologicac par-
tes primarias, protrahere nunquam consuevit. Praxin homileti-
cam tentaturis, materiam lubentissime sufficiet; cum praeter
dogmaticam & moralem theologiam, cui exegetica semper intexta
est, nihil ad eam magnopere sit necessarium.

D.



D. IO. GEORG. BECHTOLD

*Ord. sui b. a. Decanus & alumnorum principalium
Ephorus.*

Doctrinam de gradibus prohibitis duabus per singulas hebdomadas horis auditoribus suis exponet. Praeterea 1.) theologiam dogmaticam nuper absolutam de integro ordinetur, itaque, duabus per diem horis, tradet, ut simul omnes fidei articulos, quoad necesse est, elenchitice proponat, principiaque proprius suppeditet, quibus potiores & periculosiores doctrinae christianaee aduersarii refutari solide possint. 2) Addet exegesin peculiarem dictorum probantium, quae vulgo classica vocantur. 3) Praeterea hermeneuticam sacram docebit, nec non 4) artem homilias condendi. Offert quoque collegium in theologiam moralem, & disputationum.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

Academiae Procancellarius.

Jus publicum duce SCHMAVSSIO, & processum summorum imperii tribunalium praeeunte PÜTERO, exponet. Praelectiones quoque in praxin forensem ad ductum CLAPROTHI, datis simul ad elaborandum exemplis, instaurabit.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH

Institutiones Heinecianas & Digesta Bochmeriana; classo se-

mestri absoluta, duabus iterum per diem horis, de integro refumet. *Iuri criminali*, priori semestri explicato, *ius canonicum* substituet, duce visurus G. L. Boehmero. Qui disputando vires periclitari cupiunt, nomina sua profiteantur.

D. CHRISTIANVS HARTM. SAMVEL GATZERT.

*H*istoriam iurium nec non *Ius Germanicum* ad libellos Selchovianos tradet; *Structio iurisprudentiam R. G. forensem* explicabit; *Practicum, Disputatorium & Historiam imperii ad ductum ill. Pütteri denuo offert.*

D. LVD. GODOFR. MOGEN.

Institutiones Iuris Ciuiili, praeeunte HEINECCIO, & *Historiam Iuris Vniuersitatis*, duce SELCHOVIO, docebit. Lectio-
nes historicas itifia indicat.

In Facultate Medica.

D. IO. WILH. BAVMER,

Med. Prof. primar.

*H*or. X. publicae chirurgiam medicam ac manualem diligenter tradet. Hor. XI. b. m. D. Io. Zach. Platneri artem medendi singulis morbis accommodatam pri-
uatim propōnere, eamque casibus practicis illustrare, de huo

VIA



a auspicabitur. Horas pomeridianas processibus chymicis impendi-
det, & Medicinae Candidatis, vt hactenus consueuit, in praxi
clinica sese exercendi, occasionem subministrabit.

D. GEORG. LVD. ALEFELD

P. P. O.

Doctrinam de ossibus, vt & de visceribus corporis humani de-
novo paeleget, & vt petitis nobil. Dominorum Commi-
litonum satisfacieat; Cell. RÖDERERI Elementa artis obstetri-
ciae explicabit. Reliquum tempus sectionibus anatomicis de-
stinabit.

D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSER, I.O.

Med. Prof. Ord.
Semestri, quod instat, hyberno in Chymiam Pharmaceuticam
praelectiones instituet. Methodum quoque formulas medi-
cas apte concinnandi auditoribus suis tradet.

In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

Prof. moral.

Ius naturae & gentium, doctrinam moralem ac politicanam,
oeconomiam quoque, quae continet disciplinam rerum ru-
sticarum, urbanarumque, politiam & cameralem, quam vocant,
scientiam, tradet.

AN.

7

ANDREAS BOEHM,

Log. Met. & Mathes. P. P. O. Bibliothecae acad.

Praef.

Hora IV. vespertina *logicam*, h. V. *metaphysicam*, tempore commilitonibus commodo *mathesin* tam *puram*, quam *applicatam* docebit, praeterea collegia *astronomicum* & *algebraicum* offerit, alia desideraturis non defuturus. Bibliothecam publicam tempore consueto aperiet.

D. LVD. GODOFR. MOGEN.

Historiam Statuum Europae, ad silium illustris ACHENWALI, & *Historiam Imperii Romano-Germanici*, secundum illustris PÜTTERI manuductionem, enarrabit. Ad alia quoque paratus.

D. IO. GEORG. BECHTOLD

Quamdiu novus utriusque eloquentiae Professor nondum erit designatus, huius sedulo partes sustinebit, ne auditoribus, qui bonas litteras, linguam latinam, eloquentiam tam solutam, quam ligatam maiori studio sunt exculti, occasio in disciplinis humanioribus proficiendi desit. Itaque ducibus auctoribus, quos hactenus secutus est, denuo 1) *fundamenta stili latini cultioris tradet*, 2) *artem orationis* docebit, haud neglectis elaborationibus practicis, 3) in *OVIDII libros metamorphoseon* commentabitur.

D.

D. FRIDERIC. AVGVSTVS
CARTHEVSE,

Physic. Prof. Ord.

Elementa Physices dogmaticae & Historiam naturalem petre-
I
factorum explicabit.

Practer ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuiibus de luculenta equi-
tandi, pugnandi gladio, saltandique palaestra Gallicae item & Italicae.
linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice
constitutos, abunde prospectum est.

